Caesar, de bello Gallico, I,5

Raum für Notizen

Post eius mortem nihilominus Helvetii id,
    qod constituerant,
facere conantur,
    ut e finibus suis exeant.
    Ubi iam
        se ad eam rem paratos esse
    arbitrati sunt,
oppida sua omnia, numero ad duodecim, vicos ad quadringentos,
reliqua privata aedificia incendunt, frumentum omne praeter,
    quod secum portaturi erant,
comburunt,
    ut
        domum reditionis spe sublata
    paratiores
        ad omnia pericula subeunda
    essent;
    trium mensum molita cibaria sibi quemque domo efferre
iubent.
Persuadent Rauracis et Tulingis et Latobrigis finitimis,
    uti
        eodem usi consilio
        oppidis suis vicisque exustis
    una cum iis proficiscantur,
Boiosque,
    qui trans Rhenum incoluerant et in agrum Noricum transierant
    Noreiamque oppugnabant,

27 receptos
28 ad se socios adsciscunt.